CAP. CXVIII. Lin. 2. Ξέρξεα) Iterum Ξέρξην F. *l.* 2 seq. ἐς πᾶν κακοῦ ἀπικίατο) ἀπικατο *Arch. Vind.* et

Ask. Exscripsit haec *Athenaeus* lib. IV. 10. [c. 27. nuperae edit.] p. 146. A. ubi ἐς πᾶν κακὸν ἀφίκοντο. — Recte nunc apud *Athen.* ἐς πᾶν κακοῦ, ex melioribus libris. ἀπίκετο apud *Herod.* scribit *F.* sed inter lineas indicatur scriptura ἀπίκατο, eadem manu. l. 3. οἰκίων) οἰκῶν *Pass.* *Ask.* *Athen.* [*F. Pa.*] sine necessitate. l. 4. ἐγίνοντο) ἐγένοντο *Pb.* *Ibid.* ὅκου γε) Defuit γε *Pass.* *Ask.* *Athen.* — et *F. Pb.* l. 6. δειπνίσασι) δειπνήσ. *Pb.* l. 7. ὁμοῖα) Sic h. l. ed. *Wess.* et seqq. cum *Gron.* Olim ὁμοῖα, et sic nunc *F.* et *Pa.* qui aliàs penultimam circumflectere consueverunt.

CAP. CXIX. Lin. 1. ὦς) Sic recte *F.* et ed. *Schaeff.* Antea ὦς absque accentu. l. 2 seq. τοῖόνδε τι) τοῖόνδε τοι *Arch.* τοῖόνδε ἐγέν. *Ask.* l. 3. ἐγίνετο scripsi cum *F. Pa. Pb.* Vulgo alii ἐγένετο. *Ibid.* προειρημένον) προειρημένου *Pass.* Et mox ποιευμένων *Ask.* — et *F. Pb.* l. 4 seq. τάχιστα τῶν κηρύκων) τῶν κηρύκων μάλιστα *Arch. Vind.* l. 5. δασαμένοι σῖτον ἐν) δασαμένοισι τῶν ἐν *Arch.* Mox οἱ ἀστοὶ absunt *Ask.* l. 6. πάντες) πάντας *Pb.* l. 7. σιτεῦσκειν *Arch.* et *Vind.* [nescio an *Pb. Pd.*] ἐσίτευον prius. — Sic *F. Pa. Pc.* l. 11. κρητῆρας ora *Steph. Arch. Pass.* [*F. Paris.*] Antea κρητῆρες. *Ibid.* τὰ ἄλλα scripsi cum *F.* Vulgo τᾶλλα. l. 12. τίθεται *Med. Ask. Pass.* [*F.* et nonnulli *Paris.*] In reliquis τίθεται. [Sic *Pa.* cum *Ald.* et al.] Post quod verbum interpungunt *Arch. Vind. Valla*, scribentes πάντα μὲν ταῦτα τῷ τε βασι. sive αὐτῷ τε; ut *Vind.* Omittitur etiam δὴ in *Pass.* — et in *F. Pa.* l. 16. ποιέσκετο) ἐποιέετο *Arch. Vind.* ex glossa. — ποιέσκετο *F.* l. 17. ἔσκει ὑπαίθρ.) Abest h. l. ἔσκει *Pass. Ask.* — et *F. Pb.* l. 18. γίνοιτο) ἐγίνετο *F.* l. 19. τῇ ὑστεραίῃ) ἐν τῇ ὑστ. *Med. Ask. Pass.* [et *F.*] quos cum *Gron.* secutus *Wess.* adnotavit: „ἐν ignorant reliqui, neque necessarium videtur.“ — Tenuit quidem voculam *Schaeff.* sed rectius eam ab aliis omitti perspecte monuit idem Vir doctus ad *Bosii* Ellips. p. 175. Equidem abieci, utpote ex postrema verbi praecedentis syllaba temere repetitam. l. 21. λείποντες) λείποντος ed. pr. *Schaeff.* operarum errore, in ed. *Borh.* propagato.

CAP. CXX. Lin. 2. συνεβούλευσε) συνεβούλευε *Pb.* ξυνεβούλευεν *F.* l. 3. πανδημεῖ) πανδημὶ *Pf.* l. 4. ἰκέτας τῶν θεῶν,

παρατεταμένους) ἰκέτας, τὸν θεὸν παραίτ. *Pb.* Vulgatum tenet *F.* et *Pf.* cum aliis. *l.* 5. τὸ λοιπὸν *Arch. Vind. Ask. Pass. Med. Fragm. Paris.* Antea τῶν λοιπῶν. — Sic *Pb. Pc.* *Ibid.* ἀπαμύνειν) ἀπαμυνεῖν *F. Pa. Pf.* atque etiam *Ald.* Vulgatum primus edidit *Steph.* *l.* 6. παροισχομένων) παρεχομ. *Arch. Ald.* — Correxerit *Steph.* suffragantibus mssis. *l.* 8. παρέχειν γὰρ) Abest γὰρ *Ask.* *l.* 9. ὁμοῖα h. l. edd. omnes, nec aliud e mssis adfertur: unus *F.* ὁμοῖα, male. *l.* 10. Ξέρξης) Ξέρξην *F.* et *Pf.* *l.* 11. διατριβῆναι) ἐκτριβεῖν *Fragm. Paris.* — Idque equidem recepturus eram, nisi pro vulgato auctoritas *Hesychii* invocari posset, quod tamen vel sic mendosum videtur. *l.* 12. ὁμοίως) ὁμῶς praeceunte *Reiskio* corrigendum censuit *Schaeff.* ad *Gregor.* de Dialect. p. 631. nuperae edit. Equidem vulgatum non sollicitum: nec video, quidni bene graece ὁμοίως pro ὁμῶς eadem ratione dici potuerit, qua gallico sermone *également*, et germanico *gleichwohl*, pro eo quod latine *tamen* sonat, haud raro usurpamus. Taceo, ipsam particulam ὁμῶς primitiva sua notione vix ab ὁμοίως differre. De usu vero huius adverbii apud Graecos consuli possunt quae ad *Polyb.* I. 59, 1. olim adnotavimus.

CAP. CXXI. Lin. 3. πορεύεσθαι τὰς νέας *Arch. Ask. Pass.* — et *F.* quos sequi placuit. Vulgo τὰς νέας πορεύεσθαι. *l.* 5. συντομώτατον) συντομώτερον *Arch. Vind.* *l.* 7. τρεῖς μοῖρας) ἐς τρεῖς μοῖρας *Suid.* in Δαΐσασθαι. — Ignorant ἐς Herodotei libri omnes. *l.* 8. πεζὸν στρατὸν) Non legunt vocem στρατὸν *Arch. Vind.* — Et nullo incommodo abesse hoc vocab. poterat. Vide III. 25, 9. IV. 128, 11 seq. *l.* 11. τριτημορίς) Citavit *Suid.* in voce. *l.* 12. Τριτανταίχμης margo *Steph. Arch. Vind. Pass. Ask. Brit. Valla.* [*F. Paris.*] Alii cum *Aldo* Τριγνταίχμ. [Nempe sic *Gronovius* cum *Aldo*, veram scripturam ex *Med.* enotare oblitus.] Porro Γέγγις *Med. Pass. Ask. Brit. Valla.* [*F. Pa. Pc.*] Γέγτις *Arch. Vind.* [Γέγτις *Pb.*] Antea Σέγγις. Quibus de nominibus ad c. 82. satis. *l.* 15. Σμερδομένεα *Med. Pass. Ask. Vind. Arch. Valla.* [*F. Paris.*] Prius Σμερδόμενα. — Praecedens αὐτίων et cap. 122, 6. τευτίων in foem. gen. cum aliis tenet *F.*

CAP. CXXII. Lin. 2. διέπλωσε *Med. Ash. Pass. Paris. A.* Alii διέπλωσε, quod eodem tendit. — Videtur non *Paris. A.* sed *Paris. C.* debuisse *Wess.* qui est noster *Pb.* nam in *Pa.* et *Pc.* διέπλωσε scribi diserte monetur in nostris Excerptis: sic vero etiam noster *F. l. 4.* Ἀσσατε) *Steph. Ryzant.* in voce. — Ἀσσατε acute ed. *Wess.* cum praecedd. Rectius penacute ed. *Schaefer.* ut apud *Steph. Byz.* Et sic *F.* et *Pa. b. c. d. Ib.* Πίλωρος) Πίλωρος *Ash.* nec dissimilis *Med.* scriptura. Πίλωρος *Arch. Brit. Valla.* [nescio an consentiente *Pd.*] Antea Πιδωρος. — Sic *Pa. Pb. Pc.* item *Med.* sed in hoc (referente *Gron.*) super δ inter lineas scripta littera λ. Πιδωρὸς acute *F. l. 5.* Σάργη *Med. Pass. Ash.* [*F.* puto et *Pb. Pd.*] Aliis Σάργη. — Sic *Pa. Pc. Ib.* ὡς καὶ) Abest καὶ *F. l. 6.* ἀπιέμενος *Med. Pass. Ash.* Ceteri ἀπικόμενος. — Hoc ex uno nostro *Pd.* citatur; unde colligo in ἀπιέμενος consentire *Pa. Pb. Pc.* In *F. h. l.* hiatus est: temere enim, inde ab ἔπλει ἀπιέμενος, decem verba praetermisit scriba. *l. 8.* Τορωναῖν) Κορωναῖν *Ash. Pass.* perperam. — Sic et *F. Pb.* Sed iidem mox recte Τορώνην cum aliis. *l. 9.* παρελάμβανε *Arch. Ash. Pass. Vind.* [*F. Pd.*] uti mox: non παρέλαβε, quomodo olim. — παρέλαβε *Pa. Pb. Pc.* sicut paulo ante. *l. 10.* Μηκύβερναν) Μηκύρεναν *Arch.* Μηκύβενην *Vind. l. 11.* Σιδωνίη) Σιδονίη *F.*

CAP. CXXIII. Lin. 2. συντάμων) ξυντάμων *F. l. 3.* Καναστραῖον *Arch.* [puto et *Pd.*] Antea Καναστραῖν. — Sic *F. Pa. b. c.* cum aliis, quod revocavit *Schaeferus*, non animadvertens puto pronomen τὸ, quod continuo sequitur, in neutro genere positum. Καναστραῖον antepenacutē scribitur apud *Scylac.* p. 62. ed. *Gron. l. 5.* Ἀφύστιος) Ἀφύστιος *Arch. Vind.* uti olim apud *Scylac.* [l. c.] *Amphystie* *Valla;* male omnes. — Vulgatum tenent *F.* et *Paris.* cum aliis. *l. 8.* Φλέγγη) Φλέγγη *Pb. l. 11.* τῇ Παλλήνῃ omittit *Arch. l. 13.* Κώμβρεια) Κωμβρία *F.* Κώμβραια ed. *Borh.* casu puto, non editoris consilio. *Ibid.* Λίσαι) Λισαὶ *Pa. Pc. Pd.* *Ead. l.* Τίγωνος) Γυγῶνος *Pb. Ibid.* Αἰνεία) Αἰνία *Ash.* — Nil mutant nostri libri. *l. 14.* τουτίων in foem. constanter tuetur *F.* Sic et cap. 124, 2. *Ibid.* Κροσσαῖν) Κρησαῖν *Pb.*

Γλωσσαιή *F.* Mox καὶ post ἔτι omittit *F.* l. 16. πόλις) πόλις *F.* l. 17. ὁ πλόος) Abest ὁ *F.* l. 19. Σινθόν) Σινθόν [immo Σίνθον) *Steph. Byz.* hinc in voce. l. 20. Ἀξιόν) Sic et hīc et cap. 124, 2. *F.* et *Pb.* quos secutus sum. Vide Var. Lect. ad *Thucyd.* II. 99. in *Dukeri* edit. Vulgo alii Ἀξιον. Conf. c. 124, 9. l. 21. Βοττιαῖδα) Βοττηνίδα *Arch. Vind.* Et mox ἥς iidem pro τῆς. l. 22. Ἰχναί τε) Ἰχναί τε cum *Ald.* et aliis edens *Wess.* adnotavit: „*Stephan.* in Ἰχναί attigit.“ — At Ἰχναί penacutē scribitur apud *Steph.* quem secutus sum cum *Schaeff.* Ἰχνη τε *F.*

CAP. CXXIV. Lin. 1. περὶ Med. Pass. Ask. [F.] Vind. Arch. Brit. Paris. A. B. Valla. παρὰ Aldus et sequaces. l. 2. καὶ πόλιν) Abest καὶ *F.* De scriptura Ἀξιόν paulo ante dictum. *Ib.* πόλις) πόλις *F.* qui mox βασιλεία, non βασιλῆα. l. 7. Ἐχέιδωρον) Sic primus edidit *Wess.* monens „*Χεῖδωρον* omnes.“ — Confer uberiores eiusdem Adnotationes, et Var. Lect. ad c. 127, 10. l. 8. ἔξει recte *ed. Wess.* cum superiorib. edd. et msstis. ἔξει *F.* male. ἔξει *ed. Schaeff.* Vide I. 180, 5. l. 9. Ἀξιῶ) Sic recte iterum *F. Pb.* Alii vulgo Ἀξίω.

CAP. CXXV. Lin. 2 seqq. λόντες οἱ ἐπεθ. etc.) Exscripsit *Aelian.* de Animal. XVII. 36. l. 2. καταφοιτῶντες) καταφοιτῶντες *F.* l. 6. θωμάζω *Ask. Arch.* — et *F.* quos secutus sum. θωμάζω *ed. Wess.* cum al. l. 8. ὀπώπεσαν) Prave ὀπώθεσαν *F.*

CAP. CXXVI. Lin. 3. ἐς Ἑλλήνας) Sic *Arch. Vind. Ask. Pass.* — et *F. Pa.* quos probavi. Alii vulgo ἐς τοὺς Ἑλλήνας. l. 4. δι' Ἀβδῆρων) δι' abest *Arch.* et mox μων, sicut et *Vallae.* l. 5. Νέστος) In *Pd.* inter lineas est Μίστος: et sic iterum l. 6. super Νέστου indicatur scriptura Μίστου. l. 7. λόντα) λόντα οὐδαμοῦ *Arch.* iusto auctior. l. 8. ὑπολοῖπῳ) ἐπιλοῖπῳ *Arch. Vind. Pass. Ask.* margo *Steph.* — et *F.* Ex *Paris.* nil enotatum.

CAP. CXXVII. Lin. 4. τοσὴνδε Med. Ask. Arch. Pass. Vind. Paris. B. [scil. noster *Pa.* puto vero etiam *Pb. Pd.*] τοσὴνδε alii: [sic *Pc.*] quos a *D'Orville* defensos nollem ad *Charit.* IV. 2. p. 373. — p. 427: *ed. Lips.* l. 6. Ἀλνίκμονος) Ἀνίκμονος *F.* sed in ora est Ἀλνίκμ. ant. m. l. 8. χωρίοις mssti omnes, excepto

Brit. Olim χάροις edd. *l. 9.* τουτίων nunc in masc. gen. cum aliis scribit *F.* contra institutum: sed idem mox c. 138, 3. αὐτῶν, ut alibi, non αὐτέων. *l. 10.* Κρηστανναίης) Κρηστανναίων *Arch. Vind. Brit. Valla, Paris. B.* [noster *Pa.* Et sic ed. *Iungerm.* et *Gal.*] Κρησταννίων *Ald.* et *Steph.* Κρηστανναίης *Pass. Ash. Paris. A.* [*Pc. Pb. Pd.* et *F.* et sic ed. *Gron.* et seqq.] Κρησταννίης *Med.* Pristinum [nempe Κρηστανναίων] servari utique potuerat, ob c. 124. *Ibid.* Ἐχειδωρος *Arch. Vind. Valla.* Prius Χειδωρος erat. — Sic *F.* et *Paris.* cum aliis, ut c. 124, 7.

CAP. CXXVIII. Lin. 1. Θεσσαλικά *Pass. Ash. Vind. Arch. [F. Paris.]* Alii Θεσσαλικὰ, etiam *Eustath.* ad *Iliad.* p. 337, 1. [p. 255, 4. ed. Bas.] his usus. *l. 2.* Ὀλυμπον h. l. tenent omnes edd. et mssti. Conf. c. 129, 6. *Ibid.* μεγάλῃ τε) Deficit τε *Arch. Vind.* et *Eustath.* qui male μεγέθῃ ὑπερμ. — Particulam τε tuentur alii libri omnes, quam revocavi abiectam a *Schaeff.* *l. 5.* εἶναι ταύτη) ταύτη εἶναι *F.* ταῦτα εἶναι *Pb.* εἶναι ταύτην τὴν *Pd.* *l. 8.* Περραιβούς *Arch. Pass. Ash. Vind. Ald. Valla. [Paris.]* Περραιβούς recentiores editi. — scil. ed. *Steph.* cum suis et *Gron.* rursusque c. 131, et seq. Sic et *Schaeff.* h. l. in ed. 2. et cap. 131 seq. in utraque: cuius exemplum hactenus non secuti sunt *Borh.* et *Schulz.* In ms. *F.* vitiose h. l. Τετταραιβούς scribitur. *Ibid.* Γόννον) Γόνον *Arch. Valla. l. 9.* ἀσφαλέστατον) ἀσφαλέστατα *Pb.* quod miror ex nullo alio codice laudatum. Vulgatum quidem tenet *F.* cum aliis. *l. 10.* ἐσβάς ἐς) ἐσβάς δ' ἐς solus *Arch.* — Et recepit coniunctionem *Schaeff.* quam neutiquam requirebat Herodoti stylus. *Ibid.* ἐς τὴν περ) ἐς ἥνπερ *F.* *l. 11.* ἐσέβαινε) ἐσέβαινε *F. Pb.* *Ibid.* ὅπως τι) Sic recte *F.* item *Pa.* monente *Larchero*; puto et alii, e quibus hoc enotare neglexerant qui codices excussere. Perperam ὅπως τοι: quod iam apte nos perspecte correxit *Schaeff.* *l. 14.* Ζέρξης) ὁ Ζέρξης *Arch.* Hinc articulus accessit, *Wess.* — De adiciendo ex *Arch.* articulo cogitaverat, ut adparet, *Wesselingius*: sed aut non paruit Editori typotheta, aut ipse dein sententiam mutavit. Ignorat sane articulum ed. *Wess.* cum aliis omnibus, nec ullus cod. ms. praeter *Arch.* eundem agnoscit. *Ibid.*

ἐκβολὴν negligenter praeterit idem *Arch.* *Ead.* l. θάυματι) Poterat θάυματι scribi cum *F.* θαύματι edd. l. 15. κατηγεμόνας) ἡγεμόνας *Arch.* *Vind.* uti lib. V. 15. et alibi. *Ibid.* εἶρετο) ἦετο *F.* qui mox perperam si pro εἰς.

CAP. CXXIX. Lin. 2. ὥστε γε) Abest γε *Ask.* *Pass.* — et *F.* *Ibid.* συγκεκλησμένην) Sic *Ald.* et *Arch.* *Vind.* *Paris. A.* [noster *Pc.*] συγκεκλημένην *Ask.* *Pass.* cum *Paris. B.* — et sic ed. *Wess.* cum *Gron.* qui in *Med.* συγκεκλημένην repererat. Ex nostro *Pa.* (qui apud *Wess.* est *Paris. B.*) citatur συγκεκλησμένην. In *Pd.* est συγκεκλεισμένην. In *F.* συγκεκλεισμένην. Revocavi cum *Schaeff.* scripturam *Aldinam*, a themate συκκληίζω formatam. l. 3. οὔρεσι) ὄρεσι et mox ὄρος *Arch.* *Vind.* *Ask.* et sic saepius. — Vulgatum tenent *F.* et *Paris.* l. 4. τό τε Πήλιον) Abest τε *Pass.* *Arch.* — et *F.* Πήλιον habent edd. ante *Wess.* excepta edit. *Lond.* in qua recte Πήλιον, ut habet ed. *Wess.* cum *F.* et *Paris.* *Ibid.* ἀποκλείει *Pass.* *Vind.* [et ed. *Wess.*] Olim ἀποκλείει. — Sic *F.* *Pa.* ἀποκλείει ed. *Schaeff.* l. 6. ἀνέμου) ἄνεμον *Pc.* *Ibid.* Οὐλυμπος) ὁ Ὀλυμπ. *Arch.* *Vind.* *Med.* *Pass.* — Ὀλυμπος absque artic. habet *F.* nec articulum agnoscit *Med.* nec vero Ὀλυμπος h. l. scribit idem *Med.* sed Οὐλυμπος: sic certe ed. *Gron.* cum Editis omnibus, nec aliud vel ex *Med.* vel ex *Paris.* adfertur, qui tamen libri omnes paulo ante (c. 128, 2.) in Ὀλυμπ. consentiebant. Nec vero codices tantum sunt inconstantes in hoc efferendo nomine; sed fortasse ipse etiam *Herodotus*, quem admodum multis aliis in verbis, sic et in hoc vocabulo, promiscue modo hac, modo illa formā usus erat. Quod si omnino constantiam sequi debeat editor, difficilis inter utramque scripturam optio fuerit. Conf. Var. Lect. ad I. 56, 13. et VII. 173, 8. l. 7. μεσαμβρ.) μεσημβρ. *F.* l. 8. τουτίων nunc etiam in neutro gen. cum aliis tenet *F.* l. 9. ὥστε ὧν ποταμῶν) ὥστε ὧν τῶν ποταμῶν *Steph.* et *Ask.* — male. l. 9 seq. ἐς αὐτὴν καὶ ἄλλων συγχῶν *Arch.* *Ask.* [et *F.* quos secutus sum. Vulgo καὶ ἄλλων συγχῶν ἐς αὐτὴν.] ἐς αὐτὴν *Med.* non habet. l. 10. πίντε δὲ τῶν δοκίμων etc.) Excerpsit Scholiast. *Apollon. Rhod.* III. 1084. fide non bona. l. 11. Ὀνοχώνου) Ὀνοχώου *Arch.* et *Valla.* l. 13. συλλεγόμενοι) ἐλλεγ. *F.* qui

et mox προξυμίσγ. et dein ξυμμιχθ. *Idem* περικλαιόντων, et mox ὀνομαζόμε. l. 17 seq. ἀνωνύμους etc. *Eustath.* ad *Iliad.* pag. 337, 7. [p. 255, 8.] sed ἀνωνύμους prave. — Correctum ἀνωνύμους in *Eustath.* ed. Bas. l. 18. εἶναι ποίει *Arch. Pass. Ask.* — et *F.* quos secutus sum. Vulgo ποίει εἶναι. *Ibid.* παλαιὸν) πάλαι *Arch. Vind.* l. 21. Βοιβηίδα) Βουβ. *Ask.* Vide *Casaub.* ad *Strabon.* IX. p. 658. — ad p. 430. ed. *Casaub.* l. 24. οἰκότα) εἰκότα *Arch.* l. 26. διεστῶτα *Med. Pass. Paris. B.* In reliquis διεστῶτα. — Sic *F.* l. 27. καὶ ἀν) Sic *Arch. Vind.* — quod adoptavi cum *Schaeff.* καὶ ed. *Wess.* cum aliis. l. 28. ἔστι γὰρ σεισμοῦ ἔργον *Arch. Pass. Ask.* [*F.*] ordine satis bono. — Secutus sum hanc verborum seriem cum *Schaeff.* *Ibid.* (ἐφαίνετο εἶναι) Sic *Arch. Vind.* [et ed. *Schaeff.*] εἶναι addunt etiam *Pass. Ask.* et admitti potest. — Nempe φαίνεται absque εἶναι, ed. *Wess.* cum *Ald. Steph.* et *Gron.* φαίνεται εἶναι *F.* cum *Pass.* et *Ask.*

CAP. CXXX. Lin. 5. In ἦδε αὕτη nil mutant libri; sed rectius fortasse fuerit ἦδε αὐτῇ. Operarum errore in ed. *Wess.* ἦδη est pro ἦδε. l. 5 seq. πᾶσα Θεσσαλ(η) Sic sine medio artic. ἡ, *Arch. Vind. Ask. Pass.* — Et sic ed. *Wess.* consentientibus *F.* et *Paris.* Articulum interseruerant edd. ante *Wess.* l. 6. Εἰρξέα) Εἰρξην *F.* l. 8. ἐφυλάξαντο) ἐφυλάσσοντο *Arch. Vind.* l. 9. ἄρα) ἄμα *Pb.* l. 12. νῦν ῥέει ῥέεθρων) νῦν ῥέεθρον *Pass.* posterius etiam *Arch.* — Nil mutant alii. l. 13. ἔξω) ἔσω edidit *Schaeff.* refragantibus libris omnibus, et praeter necessitatem: quem tamen in hoc, ut in plerisque aliis, tacite secuti sunt *Borh.* et *Schulz.* *Ibid.* ὑπόβρυχα) Sic *Arch.* optime. [unde recepit *Wess.*] ὑπόβρυχέα *Ald.* et editi plures. ὑποβρυχέα coniunxit ed. *Genev.* quomodo *Pass. Ask.* — et *F.* et *Pa.* puto et *Med.* Sic sane *Gron.* Ex aliis *Paris.* nil notatum in nostris Excerptis, ut nesciam an cum *Arch.* consentiant. l. 16. ἀπὸ παντός) ἀπὸ παντ. *Arch. Vind.* — ἀπὸ tuentur alii omnes, bene: nomine universae gentis.

CAP. CXXXI. Lin. 3. διέξη) διέξη *Pass. Ask.* — et *F.* *Ibid.* ἄπασα) πᾶσα *Arch.* *Ead.* l. Περιβαίβους *Arch. Vind. Pass. Brit.* et mox iterum. [Sic et hīc et cap. seq. ed. *Wess.* ut cap. 128. consentientibus puto *Pa.*

ris.] Περὶ β. *Ask.* Olim Περαιβ. — Sic nunc et mox iterum *F.* et ed. *Schaeff.* l. 4. αἱ δὲ δὴ) Deest δὴ *Pass.* — et *F.* l. 5. ἀπικίατο) ἀπικάτο *Arch. Vind. Pass.* — *F. Ibid.* κεινοὶ *Arch. Vind. Pass. Ask.* [*F. Paris.*] Ante κεινοί.

CAP. CXXXII. Lin. 2. Ἐνιῆνες) Αἰνιῆνες *Arch. Vind. Valla.* l. 3. Μάγνητες) Μάγνητες *Vind. Arch.* l. 6. αἰεράμενοι) αἰεράμενοι *Arch. Pass.* αἰεράμενοι *Ask.* Prius αἰεράμενοι. — Sic *Pc.* nec ita male. αἰεράμ. ut edidit *Wess.* sic habet *F.* nescio an et *Pa. Pb. Pd.* l. 7. ἔδοσαν σφάας) Sic *F.* Vulgo ἔδοσαν σφάας.

CAP. CXXXIII. Lin. 2. ὁ Πέρσης) Ἐέρξης (absque artic.) *Ask. Vind. Valla*, ex scholio. — At etiam Πέρσης absque artic. dabant *Edd.* quod quum vix ferendum iudicarim, praeposui artic. cum *Schaeff.* Conf. c. 116, 2. l. 3. κήρυκας omittit *Arch.* nec male. *Ibid.* εἶνεκα) εἶνεκε *F.* l. 4. αὐτέων in masc. tenet *F.* sed idem mox τούτων, non τουτέων. l. 5. ἐμβαλόντες *Med. Pass. Ask.* [*F.*] ἐμβαλόντες reliqui, discrimine nullo. — ἐμβάλλοντες *Pa.* l. 7. ἐπεμψε *Med. Pass. Ask. Arch. Vind.* [*Pa. Pc. Pd.*] Alii ἀπέπεμψε, ut superius. — Sic *F.* cum *Ald.* οὐ κατέπεμψε *Pb.* l. 8. τοῖσι abest *F.* qui mox ξυνήνικε. l. 9. εἴπαι) εἴπαι τι ora *Steph. Pass. Ask.* — et *Pb.* εἰπάντι *F.* l. 10. ἐδηώθη scripsi cum *Schaeff.* ἐδηώθη ed. *Wess.* cum aliis. ἐδηώθη vitiose *F.*

CAP. CXXXIV. Lin. 2 seq. μῆνις κατέσκηψε etc. Attigit haec *Eustath.* ad Iliad. α. p. 110, 29. — p. 83, 20. ed. Bas. l. 4 seq. ἀπόγονοι Ταλθυβίου, Ταλθυβιάδαι καλεόμε.) Abest Ταλθυβίου *Med. Pass. Ask. Brit.* — item *F.* et *Paris.* Abiecitque *Wess.* cum *Gron.* hoc vocab. quod dabant superiores edd. consentientibus puto *Arch.* et *Vind.* Nos revocavimus cum *Schaeff.* quamquam ne *Eustathius* quidem (locum hunc spectans p. 83, 7. ed. Bas.) in suo Herodoti codice reperisse illud videtur. l. 6. δίδονται *Pass. Ask.* — et *F. Pb.* Praetuli hoc, praeunte eodem *Schaeffero*, vulgato δίδονται. l. 7. ἐδύνατο tenent libri omnes, pro quo ἐγίνετο maluerat *Valch.* l. 7 seq. δ' ἐπὶ) Abest δ' *Arch.* l. 9. συλλεγ.) ἐυλλεγ. *F.* l. 13. φύσει τε) Deficit τε *Arch. Ibid.* χρήμασι) χρήματα *Pb.* l. 14. τίσαι) τίσειν *Arch. Vind.* —

quod recepit *Schaeff.* τίσαι ed. *Wess.* cum praecedd. τίσαι dedit *F.*

CAP. CXXXV. *Lin.* 2. θάματος) Sic *Arch. Ask.* — et *F.* qui modo τούτων, non τούτων. θάματος ed. *Wess.* cum aliis. *L.* 6. ἰστία) ἰστία *Arch. Vind. Pass. Ask.* — Recepit hoc *Schaeff.* Vulgatum cum aliis tumentur *F.* et *Paris.* *Ibid.* εἴρετο λέγων) Sic *Arch. Vind. Valla.* — et *F.* Abst λέγων ed. *Wess.* et aliis: adieci cum *Schaeff.* In *F.* est ἤρετο, sed prius videtur fuisse εἴρετο. *L.* 10. οὕτω δὴ) οὕτω δὲ *F.* *L.* 11. δεδόξασθε *Pass. Ask. Vind. Arch.* In *Med.* itidem, sed super ω positae literae οι. Olim δεδέξασθε. — δεδόξασθαι *F.* *L.* 12. ἄρχοι) ἄρχη *Arch.* *L.* 13. βασιλῆος) βασιλέως *F.* *Ibid.* ἐπικρίναντο) ἀπεκρ. *Pb.* *L.* 14. ἡμέας) ὑμίας *Pass.* — et *F.* *L.* 16. τὸ μὲν) τοῦ μὲν *Arch. Vind.* *L.* 18. συμβουλευοῖς) ξυμβ. *F.* qui modo prave εἰμι, pro εἰ μή. et mox ἀμείψατο, pro ἀμείψαντο.

CAP. CXXXVI. *Lin.* 2. βασιλεῖ) βασιλέως ἐς ὄψιν *Arch. Vind.* *L.* 4. βασιλῆα) βασιλέα puto scripturus erat *F.* sed in fine lineae terminationem non expressit. *L.* 5. πρὸς αὐτέων *Vind. Arch.* bene [unde recepit *Wess.*] Alii ὑπ' αὐτ. — Sic *Pa. Pc.* et *F.* qui αὐτῶν. *L.* 7. ἀνθρώπων) ἀνθρώποις *Pd.* *L.* 8. ἀπεμαχέσαντο τοῦτο) Sic *Vind.* — quem secutus sum cum *Schaeff.* ἀπεμ. τοῦτῳ ed. *Wess.* cum aliis edd. et msstis. *L.* 9. τοιοῦδε) τοιοῦτου *Ask.* In *Arch.* λόγου δὲ τοιοῦδ' ἐχομένα, perperam. *L.* 11 seq. Λέγουσι δὲ) Vide infra ad c. 141, 11. *L.* 12. ταῦτα) ταῦδε *F.* minus commode. Suo loco stat ταῦδε paulo superius. *L.* 14. συγχέαι etc.) Excitat *Eustath.* ad *Iliad.* α. p. 110, 30. — p. 83, 21. συγχέαι scribit *F.* *Ibid.* ἀποκτείναντας) ἀποκτείνοντας *F. Pb.* non male. *L.* 14. κείνοις) Sic *Arch.* vere. ἐκείνοις alii. — Sic *F.* et *Paris.* quod et ipsum ferri potuerat, quemadmodum continuo deinde in ἐκείνους consentiunt omnes.

CAP. CXXXVII. *Lin.* 2. Σπαρτιητέων) Σπαρτιητῶν Λακεδαιμονίων *Arch.* de glossa. *L.* 3. τὸ παραντίκα) Perperam τοῦ παραντ. *F.* *L.* 5. κατὰ τὸν) Sic *Ald. Hervag.* et *Arch.* sed non sine rasura. Alii τῶν. Tendit eodem *Reiskii* iudicium. — τῶν temere ed. *Steph.* unde in alias de-

rivatum. τὸν, quod *Wess.* restituit, cum *Aldo* tuetur *F.* nec aliud ex *Paris.* adfertur. *l. 6 seq.* τοῦτό μοι ἐν τοῖσι θειότατον φαίνεται) *Valckenarii* coniecturam, τοῦτο μέντοι θεῖόν γε οὐ φαίνεται probavit et praeter ius et fas in *Versione Herod.* expressit *Larcher*; pariterque paulo inferius (*l. 14.*) ὅτι θεῖον οὐκ ἐγένετο, pro eo quod communi consensu dant libri omnes, ὅτι θεῖον ἐγένετο. *l. 9.* οὕτω ἔφερε τὸ δὲ etc.) οὕτω ἐφέρετο δὲ *Pass. Ash.* — Sic et *F.* et *Pb.* male. Eandem scripturam habet etiam margo *Pa.* ut ex *Larcheri* Adnotatione ad h. *l.* intellexi: nam quod ibi οὕτω ἔφερε τὸ δὲ ξυμπιεσθῆναι pro discrepante ab *Wesselingii* contextu scriptura adfert doctissimus ille *Herodoti* Interpres, id imprudenti excidit, quum οὕτω ἐφέρετο δὲ ξυμπ. scribere voluisset; quam scripturam et ipsam ferri posse censuit hac sententia, *Car l'on disoit qu'elle étoit tombée etc. Ibid.* συμπεσθῆναι) ξυμπιεσθῆναι *F.* et *Pa. Pb.* forsitan et alii. *l. 10.* πρὸς βασιλῆα) ἐς βασιλ. *Arch.* — quem secutus est *Schaeff.* Caeteri nil mutant. πρὸς βασιλέα scribit *F.* *l. 12.* ὃς εἶλε) Sic *Ash.* [unde recepit *Wess.* Sic vero et *F.* et *Paris.* et *Valla*, *qui cepit.*] ὃς εἶχε *Arch.* εἶχε quoque *Vind.* Prius erat ὡς εἶλε. *Ibid.* ἀλιέας) ἀλίκας *Arch.* — in *F.* est ἀλιέας τε: sed, quo referatur τε, haud adparet. *l. 13.* καταπλώσας πλήρεϊ ἀνδρῶν) *Pavii* coniecturam, καταπλώσαντας πλήρεϊ Ἀνδρῶν, neutiquam necessariam, nec per se probabilem, unice probavit *Larcherus* et in *versione* expressit, nulla mentione facta vulgatae scripturae, in quam libri omnes consentiunt, nisi quod *navigantes* plurali numero habet *Valla.* *l. 14.* θεῖον) Minime opus esse videtur, ut *θειότατον* corrigamus, quod cum *Schulzio* desideravit *Werfer*, in *Actis Philogor. Monac. T. I. p. 238.* *l. 16.* τήρῳ *Med. Pass. Ash. Brit. [Paris.]* Prave Τύρῳ olim. — τήρῳ *F.* *Ibid.* βασιλῆος) βασιλέως *F.* et sic iterum *l. 22.* ubi βασιλέος per ε tenent editi omnes, sicut etiam c. 138, 2. 139, 2. et βασιλέϊ c. 139, 7. *l. 20.* In αὐτῶν cum edd. nunc consentit *F.* sed idem rursus αὐτῶν c. 138, 5. *Ibid.* Ἀδειμάντου) Δειμάντου *Arch. Vind.* neque ita bene. *CAP. CXXXVIII. Lin. 5.* γῆν τε) Abest τε *Arch.* — *F. Pa.* Ac facile abesse patiar equidem. *l. 8.* κα-

τίστασαν) κατίστησαν *Arch. Vind.* cui usus non obstat. — Vulgatum tenent libri nostri. *l. 9. αξιομάχων) αξιομάχων Pb. male. νεῶν ait αξιομάχων (κατ') ἀριθμόν.*

CAP. CXXXIX. Lin. 3. τῇ γ' ἐμοὶ scripsi cum *Schaeff.* Vulgo τῇ γί μοι, et sic *F.* nescio an et *Paris.* *l. 4. Εἰ Ἀθηναῖοι)* Sic *Med. Arch. Vind. Brit. Pass. Ash. [F. Paris.]* Olim οἱ Ἀθ. ex *Aldo*, perperam. *l. 7. ἀντιούμενοι Arch. Vind.* loco vulgati ἀντιούμενοι, recte. Conf. lib. IV. 3. — ἀντιούμ. tenet *F.* Ex *Paris.* nil notatum. *l. 9. κατὰ γε) κατὰ δὲ Pb. Ibid. ἐγίνετο* scripsi cum *Pa. ἐγίνοντο F.* nec hoc male. Vulgo ἐγένετο *ed. Wess.* cum aliis. conf. infra *l. 18. l. 11. προδοθέντες Med. Ash. Pass. Arch. Vind. Paris. B. [et alii Paris. cum F.]* Alii προδόντες ex *Aldo. l. 12. ξυμμαχῶν F.* qui mox πόλεις, loco πόλιν. *l. 13. τοῦ βαρβάρου) τῶν βαρβάρων Arch. —* quem secutus est *Schaeff.* Vulgatum tuentur alii libri omnes. *l. 14 seq. μουνωθέντες etc.)* Expressit *Plutarch.* *Malign. p. 864. A.* ubi male ὑποδέξ. pro ἀποδέξ. *l. 15. μεγάλα)* Sic *Plut. Arch. Vind. Ash. margo Steph. [F.]* cuius glossa γενναία erat in Edd. — γενναία tenuerat *Gron.* et sic *Pc. l. 16. πρὸ τοῦ) πρὸ τούτου Plut.* quod idem. Vide III. 62. VI. 52. *Ibid. ὁρώντες* pro vulgato ὁρῶντες scripsi cum *F.* qui mox ἔερεν, non ἔερεα. *l. 19. ὠφελίην) ὠφελείην F. Ibid. τὴν τῶν) τὴν* hīc negligit *Arch. l. 21. βασιλείος solus Arch. —* unde recepit *Wess.* Sic vero etiam scribit *Ald.* pro quo βασιλείως *ed. Steph. et Gron.* ut solet *F. l. 23. ἀμαρτάνοι τὸ ἀληθές.* Sic scripsi cum nostro *F.* pro τάλληθές, quod dabant alii mss. et edd. ante *Schaeff.* et *Borh.* qui τάλληθός correxere. τοῦ ἀληθέος utique malueram, ac videtur scriba codicis *F.* initio sic scribere voluisse; (supersunt certe vestigia literarum του:) sed mox perspicue τὸ ἀληθές expressit. *l. 24. πρηγμάτων) πραγμ. F. Ibid. ταῦτα βέβηεν ἔμελλε)* Sic libri ad unum omnes, editi et mss. Miratur quidem *Bothius*, (in *Annot. ad Terent. p. 466.*) viros doctos nondum reposituisse ταύτη βέβηεν, scil. τὰ πρήγματα. Me vero nondum poenitet tenuisse vulgatum, quod et sermonis usus ferebat, et structura reliquae orationis h. l. postulabat. Conf. *H. Stephani* *Thes. voc. Πίπω*, et *Alberti* ad

Hesych. v. ῥέπει, not. 27. l. 25. τοῦτο τὸ Ἑλλην.) τοῦτο Ἑλλ. *Vind.* τοῦ τὸ Ἑλλ. *Arch.* — Alii nil mutant, sed post Ἑλληνικὸν inserit ὃν *Pd.* l. 26. αὐτοὶ) αὐτοῦ *Arch.* *Ibid.* ἔσαν) ἦσαν, ut saepe, *Arch. Vind. Ask.* — et *F.* Sic et mox, c. 140, 2.

CAP. CXL. Lin. 2. ἐτοῖμοι ed. *Gron. Wess.* et seqq. cum ms. *F.* et aliis. ἔτοιμοι *Ald.* et *Steph.* l. 3. ἰσέλθόντες) ἐλθόντες *Arch. Vind.* l. 5 seqq. ὦ μέλεσι etc. Oraculum est apud *Euseb.* Praep. Evang. V. 24. et *Nicephor.* ad *Synesii* Insomn. p. 370. l. 5. φεύγ') φεύγῃ *Pb.* l. 7. μένει) μενεῖ *Vind. Ibid.* ἔμπεδον) ἔμπεδον *Arch.* ἔμπεδος *Euseb.* — Ex *Arch.* aliud quidpiam citare voluisse videtur *Wess.* nam in ἔμπεδον et edd. omnes et mss. consentiunt. l. 9. ἐρείπει) ἐρρίψει *Euseb.* loco ἐρείψει. l. 10. Συριγενές) Ἀσιηγενές *Arch. Vind. Valla.* l. 11. κοῦ) κ' οὐ sic scribit *F.* *Ibid.* τὸ σὸν) τόσον *Arch.* et *Ald.* In *Euseb.* πολλὰ δὲ τῇδ' ἀπολεῖ, nescio unde. l. 12. ἀθανάτων) ἀθανάτους *Arch.* Μοχ ναοὺς, non νηοὺς, *Arch.* — et *F.* l. 13. ῥεούμενοι) ῥεούμενοι *Clem. Alex. Strom.* V. p. 728. [p. 425. ed. Lugd. Bat. 1616.] sed et sequens responsum cum hoc miscens. l. 14. δείματι) δείμασι *Vind.* l. 15. ἀνάγκας) ἀνάγκην *F.* l. 16. ἴτον ἐξ ἀδύτου) ἴταν ἐς ἀδύτα *Arch.* — ἴτ' ἐξ ἀδ. *Pd. Ibid.* κακοῖς) κακοῖο *Ald.* — κακοῖσι νῦν δ' ἐπικ. *Pb.* κακοῖσι δ' ἐπιτιδναται *F.*

CAP. CXLI. Lin. 3. κεχρησμένου) κεχρημένου *Arch.* sicut lib. IV. 164. l. 4. ὁμοῖα τῷ μάλιστα) Omittunt haec *Arch.* et *Valla.* — ὁμοῖα hoc tono scribunt edd. omnes, et ceteri mss. l. 5. συνεβούλ.) ξυμβ. *F. Ibid.* ἰκετηρίην) ἰκετηρίας *Arch. Vind.* quod ob seqq. melius. — Recepit hoc *Schaeff.* Equidem vulgatum tenui, memor amare Herodotum orationis varietatem. l. 6. χρεῖσθαι) χρεῖσθαι *Arch. Vind.* l. 7. ὦναξ scripsi cum *F.* sicut IV. 150, 10. ὦ ναξ *Ald.* commodè. ὦ ναξ videtur voluisse *H. Steph.* quemadmodum et nos I. 159, 19. praeceunte *Reizio* edidimus: sed quum ad maiusculum literam pro suo more spiritum accentumque non adiecisset *Stephanus*, inde ὦναξ fecere sequentes editores. l. 10. μένομεν) μένομεν *F.* l. 11. ταῦτα δὲ λέγουσι) Sic *Pass.* — et *F.* Deerat vulgo aliis δὲ particula,

quam recepi cum *Schaeſ.* scilicet pro more Herodoti repetitam, post interiecta alia, e principio periodī, *πειθομένοισι δὲ τ. τ. Ἄθ. καὶ λέγουσι.* Similis videri poterat orationis structura c. 136, 7 seq. coll. cum *l. 11 seq. ὡς δὲ ἀπειμαχ.* etc. *l. 13 seq. Οὐ δύναται* etc. Habent et hoc oraculum dictis locis *Euseb.* et *Nicephorus*, in quo male *πολλὰς* nunc, pro *Παλλὰς*, conspicitur. *l. 14. λισσομένη) λισσομένη F. l. 15. πελάσας) πελάσας Arch. — πελάσσαν* maluere docti viri. Probabili coniectura *Bothius* (*Annot.* ad *Terent.* p. 466.) *πιδήσας* corrigit, *adamante vinciens*, i. e. *firmandus*. Eadem vero coniectura iam multo ante a *Reisk.* erat proposita. *l. 17. κευθμῶν τε Κιβαιρ.) κευθμῶν τε Κιβ. Pb. κευθμῶν τε καὶ Κιβ. F. κευθμόνων Κιβ. Pd. l. 18. Τριτογενεῖ)* Sic cum aliis *Pass.* sed posito supra ultimam literam *η. Τριτογενεῖη* scriptus liber *Euseb.* et Schol. ad *Lucian.* Iov. Tragoed. c. 30. — Est ad c. 31. T. II. ed. West. p. 678. *l. 22. ἔσση) ἔσται Euseb.* Legit autem haec Cl. *Reiskius* ἔτι οἱ κοτε, *tu ipsi adversus eris.* — Nil opus videtur sollicitare vulgatum ἔτι τοῖ κοτε, sive ἔτι τοῖ κοτε malis. *πὸ τὸ* scribunt *F. Pa.* nec ita male in oraculi Delphici responso. *l. 23. Ὡ θεῖη* etc. Est in *Polyaeno* I. 30. *Lucian.* Iov. Trag. c. 20. [et Schol. ad c. 21.] et *Theodoreto* Or. X. ad Gr. p. 140.

CAP. CXLII. Lin. 2. ἀπαλλάσσοντο) ἀπήσαν aut ἀπήσαν *Eton. Arch. Vind.* Puto scholion olere. — ἀπαλλάσσοντο *ed. Wess.* typothetae errore. *Ibid. τὰς Ἄθ.)* Articulum negligunt *Arch. Vind. l. 3. ἀπήγγελον* abest *F.* male. Pro ἀπελθόντες, quod praecedat, forsitan ἐπελθόντες scriptum oportebat, coll. c. 148, 17. et V. 97, 5. *l. 4. καὶ ἄλλαι πολλαὶ)* Sic *Pass. Arch. — et F.* quos secutus sum. Vulgo πολλαὶ καὶ ἄλλαι. *Ibid. γίνοντο) γίνονται F. l. 5. καὶ αἶδε συνιστ.) αἶ δὲ συνιστ. F.* et caret καί. *l. 6. μετέξτεροι) μετέξτεροί τε Med. Pass. Ash. — et F.* Importunam particulam ne *Gronovius* quidem ausus est probare. *l. 8. ῥηχῶ) ρηχῶ Arch. [et Pb.]* prave. *Ῥηχός, Φραγμός: Hesych. et Suid.* ex hoc loco. — Apud *Suid.* et in Glossis *San-German.* ῥῆχος scribitur, quod communi Graecorum sermone ῥάχος erat. Inde ῥήχῳ hīc edidit *Schaeſ.* sed ῥηχῶ tenent superio-

res edd. consentientibus msstis. *l. 9.* συνεβάλλοντο) συνεβάλοντο *Vind.* — συνεβάλλοντο *F.* *l. 11.* ἀπέντας) ἀφέντας *F.* *l. 11 seq.* ὧν δὴ) Abest ὧν *F.* *l. 12.* ἔσφαλλε) ἔσφαλε *F.* *l. 19.* παρασκευασμένους *Med. Vind. Pass. Ask. Paris. B. [F.]* παρασκευασμένους *Brit. Paris. A. Arch. Ald.*

CAP. CXLIII. Lin. 2. μὲν defit *Arch.* *l. 3.* ὡ' νῆρ) ὠνῆρ *F.* sicut et alibi consuevit. *l. 4.* συμβάλλεσθαι) συμβαλέσθαι *F.* non συμβ. ut aliàs in hac operis parte. Sic vero *idem* c. 145, 1. tenet συλλεγομ. *l. 5.* ἔπος) πάθος *Arch. Vind. Valla.* — quod probavit *Larcher.* Alii omnes in ἔπος consentiunt: in uno *Pd.* superne adscriptum πάθος. *Ibid.* ἰόντως cum *ed. Wess.* et praecedd. tuentur mssti omnes. ἰόντως ex *Reisk.* et *Abreschii* coniect. edidit *Schaeff.* *Ead. l.* οὕτω μιν *Med. Pass. [F. Paris.]* οὕτω ἡμῖν *Arch. Vind. Valla.* οὕτω μοι *Ask. Ald. Brit.* *l. 6.* σχετλή *Med. Vind. Pass. Ask. Arch. [F. Paris.]* Prius σχετλία. *l. 13.* Θεμιστοκλέος) Sic *Arch. Vind.* [unde *ed. Wess.*] Olim Θεμιστοκλέους, contra morem. — Sic *F. Pd.* cum *Ald.* Sed vide ad *I. 180, 5.* *Ibid.* Ἀθηναῖοι) Ἀθηναίους *Arch. Vind. l. 14.* ἔγνωσαν) ἔδοξαν ora *Steph. Ask.* — Vulgatum tenet *F.* cum aliis. *Ibid.* μᾶλλον omittunt *Arch. Vind.*

CAP. CXLIV. Lin. 2. Θεμιστοκλέι) Θεμιστοκλέους *Pd.* Sic et primum fuerat in *F.* sed statim correctum ab *ead. m.* *l. 4.* ἐν τῷ κοινῷ *Ask. Pass. Valla.* [et *F.* puto et *Pb. Pc.*] Antea ἐκ τῶν κοινῶν. — Sic *Pa. Pd.* cum *Ald.* *l. 5.* Λαυρείου) Λαυρίου *Arch.* — et *Pb.* qui male προῆλθε. *Ibid.* λήξεσθαι) λήξεσθαι *Vind.* λέξεσθαι *Arch.* — Vulgatum tenent libri nostri. *Ead. l.* ὀρχηδὸν habet hinc *Suid.* — et Glossae *San-Germ.* ἡβηδὸν ex glossa in contextu habet *Pd.* *l. 7.* τουτέων) τούτων *F.* *l. 8.* ἐς τὸν πόλ.) Abest τὸν *Arch. Vind.* *l. 9.* λέγων *Arch. Vind. Ask.* margo *Steph. [F. Paris.]* Prius λέγω erat. *l. 10.* ἴσωσι) ἴσσωσι omisso τότε *Arch.* cuius loco ἐς τὸ τότε *Pass.* et ora *Steph.* — Sic et *F.* et *Pb.* *l. 12.* οὕτω) τοῦτο *Ask.* τούτω *Pass.* [et *F.*] quod si ex *Ask.* reformetur, tolerabile. *Ibid.* ἐγένοντο) ἐγίνοντο *Arch.* *l. 13.* δὴ αἱ νῆες) νῆες *Arch.* — δὴ abest *F.* *l. 15.* βουλευομένοισι) βουλομ. *F.* *l. 16.* δέκασθαι) ἀναδέκασθαι *Arch.* Mox πανδημῇ *Pass.*

CAP. CXLV. Lin. 1 seq. τῶν περὶ τὴν Ἑλλάδα Ἑλλήνων τῶν τὰ αἰμῖνα etc. Sic percommode *ed. Wess.* et praecedentes, consentientibus mssis; a quibus praeter necessitatem discedens *Schaeff.* ita edidit, τῶν Ἑλλήνων τῶν περὶ τὴν Ἑλλάδα τὰ αἰμ. *l. 4.* πάντων abest *Arch. l. 6.* ἔσαν) Constante ἦσαν *F. Ibid.* In verbo ἐγκεχειρημένοι nil mutant libri. ἐγκεχειρημένοι maluerant viri docti: *erant in manibus. l. 8.* ἔρξεα) ἔρξεην *Ask. Arch. Vind.* — et *F.* qui mox σὺν tenet cum aliis, et sic in eodem hoc cap. συνθήσασιν. συγκύψ. et *l. 1.* Συλλεγ. postquam inde a sexta Musa literam ξ in his talibus praetulit. Cf. ad c. 143, 4. *l. 11.* ὁμαρχίην) ὁμαρχμ. τι *Med. Ask. Pass.* [*F.*] qua accessione non indigemus. *l. 13.* Κέρκυραν) Κέρκυρα *F. Ibid.* κελεύονταξ margo *Steph. Arch. Vind. Pass. Brit. [Pa. Pc.]* Prius κελεύονταξ. — Sic *F. Pb. Med. Ald. l. 14.* γένοιτο) γενοίατο *Arch.* Ionum more, si collective, ut aiunt, τὸ Ἑλληνικόν sumatur. — Adoptavit hoc *Schaeff.* Vulgatum tuentur praeter *Arch.* alii libri omnes. *l. 16.* πᾶσι Ἑλλήσι) Sic *Arch. Vind. Ask.* — et *F.* quos secutus sum cum *Schaeff.* πᾶσι τοῖσι Ἑλλ. *ed. Wess.* cum aliis. *l. 17.* οὐδαμῶν) οὐδαμὰ ora *Steph. l. 18.* πολλῶν) πολλῶν tres *Paris.* [nostri *Pa. b. c.*] et *Brit.* πολλῶ *F.* et *Pd.*

CAP. CXLVI. Lin. 6. ἀπολούμενοι *Arch. Vind.* ἀπολούμενοι antea. — Sic *F.* Ex *Paris.* nil notatum. *l. 7.* κατακέκρυτο *Vind.* — et *F.* quod recepi cum *Schaeff.* κατεκέκρυτο *ed. Wess.* cum aliis. *l. 10.* παρ' ἑωυτ.) περὶ ἑωυτ. *Arch. l. 12.* τὴν βασιλέας) τοῦ βασι. *Arch. l. 13.* ἐκέλευε scripsi cum *Pass.* et *F.* ἐκέλευσε *ed. Wess.* cum aliis. *l. 14.* ἐπεὶ *Vind.* — quod recepi cum *Schaeff.* pro vulgato ἐπὶ. *l. 15.* θηεύμενοι *Pass. Ask. Vind. Arch. [F. Paris.]* Olim θεεύμενοι. *l. 16.* ἐθέλωσι) θέλωσι *Arch. Vind.*

CAP. CXLVII. Lin. 2. εἰ μὲν) ἣν μὲν *Arch. Vind. l. 3.* οὔτε ἂν plane hic scripsi cum *F.* Vulgo οὐτ' ἂν, ut paulo post. *l. 6.* τουτίων h. l. tenet *F.* *l. 8.* πρὸ τοῦ στόλου τοῦ γινομένου) Abesse malebam posterius τοῦ, ut sententia esset priusquam susciperetur expeditio: nunc quoniam utrobique τοῦ tenent omnes, ver-

Herod. T. III. P. II.

K

quidem differentiâ. *l. 9. οὕτω οὐδὲ δέησιν*) οὕτω οὐ δέησιν *Arch. Vind.* — οὕτως οὐδὲ *F.* qui μοχ πρᾶγμα. sed paulo ante recte πρῆγμα. *l. 10. οἶκε*) ἴοικε *Pass. Ash.* — *F. Pb. Pf.* *l. 11. τῇ γε*) τῇ τε *Pf.* τῇδε malebam; sed nil mutant alii libri: ac videtur particula γε commode eo pertinere, ut dicat Herodotus, *non incredibile esse, sensisse ita Xerxem; quum certe etiam alia occasione similem sententiam declaraverit.* *l. 12. εἶδε*) οἶδε *Arch.* *l. 15. ἔσαν*) ἦσαν *F.* qui mox βασιλεῖα, non βασιλῆα. Vulgatum utrobique, ni fallor, tuetur *Pf.* *l. 16. ὁκότε παραγγέλει*) ὁπότε παραγγέλλει *Fragm. Paris.* [sc. idem noster *Pf.*] παραγγέλλῃ *Brit.* — Male uterque. *l. 17. εἴπετο*) ἤπετο constanter *F.* et sic quoque *Pf.* qui mox ὅποι pro ὅκῃ, εἶπον pro εἶπαν, et οὐκοῦν pro οὐκῶν, dialecti proprietatem negligens. *l. 18. ὃ δέσποτα* *Vind. Pass. Ash.* [*F. Pf.* et alii *Paris.*] ὃ βασιλεῦ *Arch.* Aberat ὃ ed. *Ald. Steph.* et *Gron.* *l. 20. καὶ οὕτοι*) Deficit καὶ *Arch. Ash. Pass.* [*F. Pf.*] Eisdemque deficit τε post τοῖσι. *Ibid.* ἐξηγούμενοι *Arch. Vind. Paris. A. B.* [*Pa. Pc. Pb.*] *Brit. Ald. Steph.* ἐξηγημένοι *Med. Ash. Pass.* — et *F. Pd. Pf.* Notavit *Suidas*: Ἐξηγούμενος παρὰ Ἡρόδ. κατεσκευασμένος, ἡτοιμασμένος. *l. 21. παρανομίζοντες*) *Simpl.* νομίζ. *Pf.*

CAP. CXLVIII. *Lin. 6. περιήσονται* *Med. Arch. Vind. Pass. Ash. Paris. B.* [puto *Paris. quatuor.*] *Brit.* παρήσονται prius. οὐ παρήσονται *Ed. Genev.* *l. 8. ἐπιηρησμένους*) εἴρησ. *Arch. Vind.* — ἐπηρησμο. *F.* qui et *l. 12. ἐπηρω.* *l. 9. ποιῶσι* *Arch. Vind.* [unde *ed. Wess.*] Antea ποιοῦσι. — Sic *F.* Ex *Paris.* vero nil notatum. *l. 11. τῶνδε δὴ*) τῶν δὴ *F.* Mox pro εἰκεκα suo arbitratu εἰκεκα edidit *Borh.* *l. 13 seqq. Ἐχθρὶ etc.* Habet *Euseb.* Praep. Evang. VI. 7. et *Chalcidius* in *Tim.* c. 7. p. 342. ed. *Fabric.* *l. 15. κάρα*) κῆρα *Med. Pass. Ash. Paris. C.* [noster *Pb.*] *Brit.* κάρα τὸ absque δὲ *F.* *Ibid.* σαώσι) φυλάξῃ *Arch.* ex glossa. *l. 17. ἐπιλεῖν* *Med. Pass. Ash.* [*F.*] Olim ἰσιλεῖν. — Sic *Pa. Pc.* cum aliis. *l. 20. σπισάμενοι*) σπισόμενοι *Med. Pass.* [*F. Pb.*] πισόμενοι *Ash.* *l. 23. ἰαντῶν*) ἰαντῶν h. l. *F.*

CAP. CXLIX. *Lin. 4. τριηκονταέτιδας*) τριηκοντοῖτ. *F. Pa.* *l. 6. μὴ δὲ*) Sic divisus vocibus scribit *F.* ut

edidit *Schaeff.* μηδὲ *ed. Wess.* cum aliis. *l. 8.* πρὸς τὸν Πέρσῃ) *Exspectabam* πρὸς τοῦ Πέρσῃ: quam in partem *Larcherus* interpretatus est, *de la part des Perses*. At nil variant graeci libri. *l. 9.* τὸ λοιπὸν) τὸν λοιπὸν *Ask. Pass.* — et *F.* *Ibid.* ἔωσι Λακεδαιμονίων) Sic *Arch. Vind.* — et *F.* quos secutus sum. Vulgo ἔωσι τῶν Λακεδ. *l. 10.* τοὺς ἀπὸ) τῶν ἀπὸ *F. Pb.* male. *Ibid.* ἐν τῇς βουλῇς) Abest τῇς *Arch. Vind.* — Nisi forte ad praecedens τῇς Σπάρτης referri haec nota debuit. *l. 11.* τοῖσιδε) τοῖσιδε *F.* τοῖσιδε *ed. Borh.* *l. 13.* βασιλῆας) βασιλείας *F.* *l. 15.* δύο) Sic et *F.* sed δύο inter lineas eadem manu. *l. 16.* Ἀργείων *Arch. Vind. Brit. Valla.* [*F. Paris.*] Ἀργείων alii et *Ald.* *Ibid.* κωλύειν *Med. Pass. Ask. Vind. Arch.* [*F. Paris.*] Antea κωλύει. *l. 17.* οἱ Ἀργεῖοι) Abest οἱ *F.* *l. 19.* ἢ τι ὑπείξει *Pass. Ask. Med.* [*F. Pb.*] Abest τι *Ald.* et aliis. — Sic *Pb. Pc. Pd.* *l. 20.* προειπεῖν τι) δὲ pro τι *Arch. Vind.* — et *Pc. l. 20.* δύντος) δύντος *Arch.* quomodo saepe.

CAP. CL. Lin. 1 seq. τουτέων πέρι) περὶ τούτων. *Ask. Pass.* — περὶ τούτων *F.* *l. 5.* εἶπαι) εἰπεῖν *Arch. Vind. Ask. Pass.* — et *F.* *l. 9.* Ἀνδρομήδης) Ἀνδρομήδου *Arch.* absurde. *l. 10.* εἰκὸς *Arch.* et *Eustath.* in *Homer.* p. 759, 2. [p. 661, 48. *ed. Bas.* Sic vero et *F.* et *Paris.*] Prius εἰκὸς erat. *l. 11.* στρατεύεσθαι) ἐκστρατ. *F.* *l. 12.* ἀντιέθους *Pass. Vind. Arch. Paris. A. B. Brit. Ald.* ἀντίθους *Med. Ask. Ibid.* γινέσθαι) γίνεσθαι *F. Pb.* *l. 14.* ἔξω) ἔξω *Arch. Vind. Ask.* margo *Steph.* — Hoc videtur etiam voluisse *F.* sed haud satis adparet utrum voluerit. *l. 16.* ἐπαγγελλομένους *Med. Ask. Pass. Brit.* et *Stephani* liber. [Sic et *F.* et *Paris.*] Alii ἀπαγγ. Vide *Gronov.* [At is quidem nihil docet.] Quae his nexa sunt, excerpit *Plutarch.* *Malign.* p. 863. c. *l. 17 seq.* οὕτω δὲ) αὐτὸ δὲ *Plut.* — male. *l. 18.* τῇς ἀρχῇς) τὰ τῇς ἀρχῇ *Vind.*

CAP. CLI. Lin. 2. τουτέων) τούτων *F.* *l. 3.* Μεμνονίοισι) Sic *Pass. Arch. Vind.* [et *F.* quod cum *Schaeff.* recepi pro vulgato *Μεμνονείοισι.*] Eadem discordia lib. V. 53. *l. 4.* εἵνεκα) εἵνεκεν *ed. Borh.* *l. 5.* μετὰ τούτου) Περιπερὰ μετὰ τούτους *Pb.* *l. 6.* τοῦτον χρόνον) τοῦτον τὸν χρόνον *Arch.* *l. 7.* Ἀρταξέρξης) scripsi cum *Pb.* et *Valla.*

'Αροξίρξ. *ed. Wess.* cum aliis. Conf. ad VI. 98, 8. et VI. 43, 6. l. 8. ἐμμένει τὴν) ἐμμένειν ἰθίλουσι τὴν *Pass. Ash.* ora *Steph.* — et *F. Pb.* perperam. Mox *Ξίρξην F.* non *Ξίρξια*, et l. 10. 'Αροξίρξην *idem*, sed 'Αροξίρξια paulo ante, et paulo post. l. 10. μάλ. ἐμμένειν) μάλ. ἐπιμένειν *Arch. Vind.* — et *Pd.* l. 11. οὐδεμίην) εὐδαμίαν constanter *F.*

CAP. CLII. Lin. 1 seq. μὲν νυν *Med. Pass. Ash.* [*F. Paris.*] Enolitica ab aliis spernitur. l. 2. *Ξίρξης τε*) *Ab-* est *τε Pa.* l. 4. εἶπαι) εἰπὲν *Med. Pass. Arch. Vind.* [*F.*] contra Ionum morem. — Proprium utique Ionum est εἶπαι, sed utrâque formâ uti licuit Herodoto. l. 6. λέγουσι defit *Arch. Vind.* non male. — Tuentur verbum *F.* et *Paris.* cum aliis. Mox αὐτῶν *F.* et paulo ante ἐπηρώτων *idem*, suo more. l. 6 *seqq.* 'Επίσταμαι δὲ τοσοῦτο *etc.*) Descripsit *Stobaeus*, *Serm. XCVII.* p. 536. [*al.* p. 534.] ubi τοσοῦτον, sicuti *Arch. Vind. Pass.* — Perperam τοσοῦτω *F.* Mireris vero, eodem modo scribi in *Stobaei* editione princeps. l. 8. συνεικάκειν *Arch. Vind. Paris. A. B. Brit. Ald. Stob.* συνεικάκαν *Med. Ash.* [quod probavit *Grqñ.*] συνίνικαι et ex correctione συνίνικαν *Pass.* — συνεικάει *F.* συνεικάικαν *Pb.* *Ibid.* ἀλλάξασθαι) ἀλλάξισθαι *Pass.* ἀλλάξαι *Arch. Vind.* l. 9. ἐγκύψαντες *Arch. Vind. Stob.* [nescio an *Paris.* ex quibus nil enotatum.] Antea ἐσκόψαντες. — Sic *F.* cum aliis. *Ibid.* τὰ τῶν πέλας) τὰ τῶν ἄλλων *Stob.* l. 10. αὐτῶν ἀποφεροῖατο) αὐτῶν *F.* tum ἐπιφει. prave apud *Stob.* Caeterum nil variant libri, nec opus est ut ante ἀποφερ. repetatur ἀν particula, quam requirebat *Werfer.* in *Act. Philol. Monac. T. I.* p. 248. *Ibid.* ἐσυνείκωντο) ἐσηνίει. *Arch. Vind. Pass.* [ἐσυνείκωντο perperam *F.*] ἐσηνίζωντο *Stob.* l. 11 *seqq.* 'Εγὼ δὲ ὀφείλω *etc.*) Citat *Plut.* *Malign.* p. 863. D. l. 12. γε μὲν ὦν) Sic *Arch.* et *Vind.* — quos secutus sum. Vulgo γε μὴν, et ὦν ignorant alii omnes. In γε μὲν vero, quod ionice pro γε μὴν dicitur, cum *Arch.* et *Vind.* consentit noster *F.* Conf. c. 234, 12. l. 14. πάντα τὸν λόγον) πάντα λόγον *iidem Arch. Vind.* — Et *F.* qui mox ἦσαν const. loco ἴσαν. l. 16. πρὸς τοὺς Λακ.) Sic *Plut. Pass. Ash.* Hinc articulus accessit. — Deerat

nempe editis ante *Wess.* sed agnoscit eum *F.* puto et *Paris.* *l. 16 seq.* καὶ ἡ αἰχμὴ ἰσθῆναι) Citat *Eustath.* *Iliad.* p. 680, 16. [p. 553, 47. ed. Bas.] sed ἰσθῆναι legens, uti *Arch.* et *Vind.* — ἰσθῆναι *F.* cum leni spiritu. *l. 17.* εἶναι πρὸ τῆς) προσεῖναι τῆς *Plut.* ubi προσεῖναι πρὸ τῆς hinc corrigendum.

CAP. CLIII. *Lin. 1.* ἀπίνετο *Med. Arch. Vind. Pass. Ask.* [*F.* et *Paris.* nonnulli.] Alii ἀπινέετο [*Pa.* cum *Ald.*] nullo discrimine. — ἀπίνετο est plusq. *advenerant*; quod locum habere potest, quoniam haec gesta erant priusquam in Europam transisset Xerxes. ἀπινέετο est imperf. aut aor. 2. *advenerunt.* Sic vero etiam de legatione per idem tempus Argos missa loquens c. 148, 2. ἐπιμπον dixerat. *l. 2.* συμμύξοντες) συμμύξαντες *Pass.* — et *F.* male. *l. 3.* Σύαγρος) Est apud *Athen.* IX. [c. 64.] p. 401. d. ex hoc loco. *l. 4.* οἰκῆτωρ ἰὼν Γέλης) Sic commodissime correctum edidit *Schaeff.* ante quem vulgo omnes οἰκῆτωρ ὁ ἐν Γέλῃ edd. et mssst; ubi nonnisi ὁ articulum deletum voluerat *Reisk.* *l. 5.* Τριόπιω) Τριόπειω *Arch.* Τριόπειω *Ask.* — Verum tenet *F.* cum aliis. *l. 6.* Ἀντιφῆμον optime *Brit.* [nescio an et *Pd.*] Ἀντιφ. ceteri. — Sic et *F. Pa. Pb. Pc.* *Ibid.* ἐλίσθη *Med. Pass. Arch. Ask.* [*F. Paris.*] in aliis ἐλήφθη. *l. 8.* Τηλίνεω) Τηλινέω *h. l. ed. Gron.* et *Wess.* errore ex ed. *Steph.* propagato. *l. 9.* κτισαμένον) κτισαμένου *Arch. Valla*, perperam. — κτισσάμενος *F.* qui *l. 10.* prave ὑπὲρ γαίης, pro ὑπὲρ Γέλης; et *ibid.* Γελῶν non male, pro Γελῶν, quod vocab. deest *Pb.* *l. 11.* στάσει *F.* et *l. 12.* οὐδεμίαν, et τούτων. *l. 13.* ὅθεν) πόθεν *Pb.* *l. 14.* τοῦτο οὐκ, sine medio δὲ, [quod interserebant alii,] *Ask. Pass.* quod delevi supervacuum. — Abest δὲ etiam *F.* nec ex *Paris.* citatur: verumtamen ex *Herodoti* more commode locum suum tueri poterat. *Ead. l. 15.* εἰπαι) εἰπῆν *F.* *Ibid.* πίπυνος) πίπυνος *Arch.* pro suo more. *l. 16.* θῶμά μοι) Sic *Arch. Vind. Ask.* — et *F.* quos secutus sum. Vulgo θῶμα μοι. *Ibid.* ὧν omittunt *Arch. Vind.* *l. 17.* κατεργάσθαι) κατεργάσθαι margo *Steph.* — nec male. Sic vero debuerat noster *F.* in quo κατεργάσθαι. *l. 18.* πρὸς τοῦ ἄπαντος omnes. Incommodum τοῦ est. *Wess.*

— Praepropere *Borh.* delevit articulum, qui non erat solicitandus. *l.* 22. τοῦτο τὸ γίρας) Defit τὸ *Arch.*

CAP. CLIV. Lin. 1. Παντάριος *Med. Pass. Ash.* Reliqui Πατάριος cum *Aldo.* — Sic *Pc.* sed Παταρίος *Pa. Pd.* Πατοάριος *Pb.* Πανδαίριος *F.* *l.* 2. ἐτυράννασι) ἐτυράννησι *Brit.* *l.* 3. Γελών) Rursus Γελών *F.* adscripto *iota*, et sic constanter. *Ibid.* ἀναλαμβ.) λαμβ. *Arch. Vind.* — Mox μοναρχ. *F.* non μου. *l.* 4. ἰὼν ἀδελφεός) ἀδελφεός ἰὼν idem *F.* *l.* 7. Αἰνσιδήμου) Αἰνσιδ. *Arch. Vind. Ibid.* ἦν δορυφόρος) ὃς ἦν δορυφ. *ed. Wess.* et praecedd. cum mssis: quod quum ferri non posset, τέως ἦν δορ. ex coniect. edidit *Schaeff.* Equidem, ut voluerat *Reiskius*, satis habui abicere pronomen ὃς, temere olim intrusum. Mox Ἰπποκράτει *Pb.* *l.* 9. Ἰπποκρ.) In *F.* statim erat δημαρχος, sed correctum Ἰππαρχ. eadem manu. *l.* 10. γὰρ Ἰπποκρ.) δὲ Ἰππ. *F.* *l.* 11. Συρηκουσίους) Συρηκισ. *Vind. Ash. Pass.* et saepe deinceps. Συρήκισσ. *Arch.* plerumque. — Vulgatum tenet *F.* cum aliis. *l.* 13. πολέμοισι) Sic legit *Valla*, quod commodius, in iis bellis. — Scil. πολέμοισι *ed. Wess.* et praecedd. consentientibus mssis: quod quum vix ferendum esset, πολέμοισι correxi cum *Schaeff.* *l.* 14. πολλῶν) πολλῶν *F.* *Ibid.* τούτων) πασῶν *Arch. Valla.* — Vulgatum cum aliis tenet *F.* qui mox αὐδεμία, constans sibi. *Ead. l.* Συρηκουσίαν h. l. recte dedit idem *F.* non Συρηκουσίαν, ut vulgo. *l.* 15. In πεφάνγῃ nil mutant libri, nec opus est ut πεφάνγῃ corrigas cum *Werfero*. Act. Philol. Monac. T. I. p. 239. *l.* 16. ἐρύσαντο) ἐρύσαντο *F.* et mox iterum. *l.* 17. ἰσθαίνοντας) ἰσθαίνοντας *Arch. Ibid.* Ἑλῶρ) Ἑλλῶρ *Pb. Ead. l.* δὲ οὗτοι) δὲ καὶ οὗτοι *F.* *l.* 18. τοῖσδε) τοῖσδε *ed. Borh.* praeter caussam. *Ibid.* καταλλάξαντες *Pass.* Alii omnes καταλέξαντες. — Sic quidem et *F.* et *Pa.* Ex aliis *Paris.* vero nil notatum. *Ead. l.* Καμαρίαν) Καμαρίαν *F. Pa. Pc.* et mox Καμαρίαν iidem.

CAP. CLV. Lin. 1. τυραννεύοντα deest *Arch.* Et mox ἵτα deest *Ash.* *l.* 3. πόλι' Ἰβλη) πόλιν' Ἰβλην *Arch.* — et *Pd.* πόλιν' Ἰβλη *F.* *l.* 5. Κλεάνδρῳ) Κασσάνδρῳ *Med. Pass. Κασάνδρῳ Ash.* — et *F. Pb.* *l.* 6. κατακλῶν ἵτι εἶναι, τῷ ἵτα) Πρὶν κατακλῶν εἶναι τὸ ἔργον *Pb.* *l.* 9. Συρηκουσίαν)

Συρακουσίων *F.* parum commode h. l. *L. 11.* Κυλλυρίων) Sic *Ald.* et alii. [*F. Pa. Pc.* nescio an *Pd.*] Κυλλυρίων *Brit.* ora *Steph.* Κυλλυρίων *Med. Ask. Valla.* [*Pb.*] Κυλλυρίων *Pass.* — Κυλλυρίων cum *Hesych.* et aliis maluerat *Valch.*

CAP. CLVI. Lin. 2. ἐπικρατίων cum *ed. Wess.* tenent vett. libri omnes. ἔτι κρατίων *ed. Schaeß.* ex *Valch.* coniect. *L. 3.* Ἰέρων) Γίλων *Arch.* imprudenter; tum *idem* Συρῆν. solito sibi more. *L. 4.* ἔσαν αἱ πάντα) Sic scripsi cum *Schaeß.* ex virorum doctorum emendatione. Vulgo ἔσαν ἅπαντα *edd.* et mss. ἔσαν ἅπαντα *F.* puto et alii. *L. 5.* ἀνέβλαστον *Arch. Vind. Paris. A. B. Brit. Ald. ἔβλαστον Med. Pass. Ask.* quibus accedo. — Scilicet ἔβλαστον cum *Gron.* tenuit *Wess.* At ἀνέβλαστον cum aliis tuetur *F.* et praeter *Pa. Pc.* etiam *Pd.* cuius ora quidem habet ἐνβλαστον. *Ibid.* Καμαριναίους) Prave Ἀκαμαρ. *F.* et peius etiam paulo post, μακαρίνης, pro Καμαρίνης. *L. 6.* Συρημίτας *Ask.* et saepe. — Vide ad c. 154, 11. *L. 8.* ὑπερημίτας) ὑπερημίτας *F.* spiritum prisco more etiam in medio vocis adponens. *L. 11.* παχίης) παγχίης *Pb. Ibid.* αἰραμένους *Ask. Med. Pass.* αἰρομένους ceteri. [Sic *F. Pa. Pb.*] Vide supra, c. 132. *L. 12.* προσδοκίοντας ἀπολείσθαι) προσδοκῶντας ἀπολείσθαι *Arch. Vind.* Similis inconstantia c. 220. — Vulgatam scripturam tenet *F.* cum aliis. *L. 15.* κακὸν οὐδὲν) κακὸν non habet *Arch.* nec *Valla*, et potest intelligi. — Habent alii omnes. *L. 16.* ἐπ' ἐξαγωγή ἐκ Σικελ.) Corruptissime *F.* ἐξαγαγὼν γῆ ἐκ Σικ. et caret ἐπ'. *L. 18.* τούτους ἀμφοτέρους) τοὺς ἀμφ. *idem F.* non male. *L. 19.* ἀχαριστότατον *Arch. Vind. Pass. Ask. Brit.* margo *Steph.* [*F.* nec aliud ex *Pa. Pc. Pd.* adfertur.] Alii cum *Aldo* ἀχαριστότατον. — Tenuit hoc *Gron.* ἀχαρίτωτον *Pb.*

CAP. CLVII. Lin. 1. ἀπικίετο *Med. Pass. Arch. Vind. Ask.* [*F. Paris.*] Ceterorum ἀπικίετο bonum aequae. — Sic *edd.* ante *Gron.* Conf. ad c. 153, 1. *L. 3.* καὶ Ἀθηναῖοι *Arch. Vind. Valla, Eton.* [*Paris.*] Aberant duae voces. — Et absunt *F.* primum a *Wess.* adiectae. *L. 4.* παραλαμφομ.) παραληψ. *Arch. Vind.* *L. 4 aeq.* πρὸς τὸν βαρβαρον) Mire *F.* τοὺς πρὸς βαρβαρον. Caeteri,

